

wt /

De Welfone ducē Austrie.

Tempore quā ^{lodi}Lodewicus imperatoris filii Karo-
li Magni fuit princeps unus in Bavaria, qui
fuit hynannus, cuius nomen erat Ericus, voca-
batur etiam Welfo, habens filiam, nomine
Guditam, quam idem ^{lodi}Lodewicus imperator
accepit in coniugem. Post mortem prime
imperatricis, cuius nomen fuit Ermegardis nomi-
ne; cum qua concepit aut genuit Karolum
Falconem. Et ^{et Karolum}tandem a suis genitoribus ami-
cis et consanguineis s'clerat regnum Fran-
cie cum magno honore per longa tempora.
Cuius proceris Ericus vel Welfo comes
erat tam liber, quod nemini unquam
nec etiam imperatori dederat manum pro
aliquibus bonis etiam ^{veo}feodalibus. Ad hoc
etiam incitavit filium suum Henricum
quod non erat minor eo, sed quod sic etiam
in suis propriis erat consentus. In quo tamen
non consenserat ei. Sed ^{ex}consilio Gudithe,
sororis sue dedit se in potestatem impera-
toris ^{lodi}Lodewici tali conditione quod imperator
deberet sibi concedere in Sueria de allodiis et
aliis terris, lignis, pratis et agris quantum
necesse esset aratro suo pertinuerit arando
in hora meridiei. Quod tandem ^{compositum}compositum
est Welfoni prout suum, et indigne ^{se}pereno re-
cessit a Bavaria in montana. Habens ibi
aliqua castra et civitates, licet modica, circum
dedit autem terram illam silva proprie d'ij
Scherendewall, accipiens cum eo ex suis
XII milites et vasallos, qui pre aliis semper
erant in curia sua, conclusaque viam, per
quam intraverat, manens ibi omnibus
diebus vite sue, non videns amplius filium
suum nec filius eum. Unde filius acquiescens
allodia in Sueria, ut sibi ^{etiam}Lodewicus imperator

h. c.

+ f. CCXLI⁶.

st